Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26460
Copyright: Admont, Benediktinerstift



motheo illustri uiro scribens dicit. Lucas solus est mecum.
Et in alio loco epistole sue ait de illo inter reliqua salutationis
uerba ecclesie dei que erat corinthi: Misimus etiam et fratrem nostrum
cuius laus in euangelio est per omnes ecclesias non solum autem sed et ordi
·iiii· natus ab ecclesiis comes peregrinationis nostre. Uere et enim
ut ita dicam omnium ore laudabilis est hic domini euangelista
qui meruit a tanto apostolo et doctore gentium predicari.
Laudemus cum illo pariter et nos eum fratres karissimi, consona
uoce corde ore laudemus. et uerum a deo missum me
dicum animarum predicemus eum. cuius omnia doctrine
uerba. nichil aliud resonare uidentur nisi anime
languentis medicinam. Preterea non immerito
iste tale sortitus est nomen: Lucas quidem colice. in nostra
autem lingua interpretatur consurgens. siue ipse eleuans
dicitur: Qui terrenis despectis curis ad celestia con
surgendo eleuans. toto mentis conamine liber
expeditus est dominum prosecutus. Unde et eius euangelium.
in ergastulo adhuc carnis retentus predicare
sibi presentibus dei predestinatis fidelibus et hoc
scribere sequacibus omnibus meruit multosque
uerbo sue predicationis ad dominum ihesum xpi perduxit